describendum et depingendum nactus sum à Johanne Her Warto Herbipolensi Le-
nario et gladiatore celebrato (cum quo magna familiaritas mihi intercessit)
per id tempus Principis Illustrissimi Friderici Wilhelmi Ducis Saxoniae e La-
nista. Qui illum in monasterio Franconiae, cum militem ageret sub Marchione
Alberto, se reperisse mihi retulit. Nobiles autem monachos eius esse au-
tores certò constat, fit enim et mentio unius qui rationibus probare solitus sit
ex vetustissima prosapia et clarissima familia de Albenschleben.

Et quia informatore ad hanc artem usus sum fidelissimo Balthasaro Cra-
monio Polnaviensi Pomerano. Medicinae studioso et discipulo huius Her Warti.
non minus in hac ipsa scientia celebri, praesertim si armis incidentibus pugna
ineunda sit, tam certa enim et indubitata artis suae habet principia, ut neminem
quondam reformidasset. Ante semestre autem à pessimis nebulonibus (qui
non modo omni iure famosi, sed et ipso facto propter discessum ex Aresto infames sunt)

per

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id39798717X/41